

Dissertatio inauguralis medica. De scirrho in genere / [Georg Jacob Gladbach].

Contributors

Gladbach, Georg Jacob, 1736-1796.
Kaltschmied, Karl Friedrich, 1706-1769.
Universität Jena.

Publication/Creation

Jenae : Litteris Marggrafianis, [1759]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/fk2shwgn>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



4, 10, 11



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30502391>

26
DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA

DE
SCIRRHO IN GENERE

QVAM
ANNVENTE DIVINO NVMINE
PRAESIDE
RECTORE MAGNIFICO
CAROLO FRIDERICO
KALTSCHMIED

Philosophiae et Medicinae Doctore

*Serenissimi Ducis Saxo-Vinariensis et Isenacensis,
Consiliar. Intimo Cameralium, Serenissimi Marchion. Brandenb. Culmbac.
et Serenissimi Landgr. Hasso-Darmstad. Consil. Aulic. et Medic. Anato-
miae, Chirurgiae et Botanic. Professor. Public. Ordinar. Comit. Palatino
Caesar. Acad. Naturae Curiosor. Imp. Collega, Acad. Elector. Moguntino
Scientiar. vtilium Assessor, Societ. Elegant. et Sublim. Teut. Ienens.
Inspectore, Physico Prouinc. Ienens. Facultatis Medicae Seniore
et p. t. Decano grauissimo,*

Patrono ac Praeceptore omni pietatis cultu venerando


PRO GRADV DOCTORIS
IVRIBVS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
MORE MAIORVM RITE OBTINENDIS
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

A V C T O R

GEORGIVS IACOBVS GLADBACH

Moeno-Francofurtensis.

IENAE, DIE XXIIII. SEPTEMBR. CIO IO CC LVIII.



LITTERIS MARGGRAFIANIS.

SACRI ROMANI IMPERII

INCLYTAE

AC LIBERAE REIPUBLICAE

FRANCOFVRTANAE AD MOENVM

SPLENDIDISSIMO AC AMPLISSIMO

SENATV
VIRIS

GENEROSISSIMIS, PERILLVSTribVS, MAGNI-
FICIS, EXCELLENTISSIMIS, CONSVLTISSI-
MIS, AMPLISSIMIS, PRVDENTISSIMIS,
NOBILISSIMIS ET GRAVISSIMIS

DOMINIS

PRAETORI

CONSVLIBVS

SCABINIS

SYNDICIS

SENATORIBVS

ET

NOVEM EX IISDEM

SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS CONSILIA-
RIIS ACTVALIBVS

PROCERIBVS
MAECENATIBVS
ET
PATRIAE PATRIBVS
HANC DISSERTATIONEM INAUGURALE
TANQVAM
MAXIMAE OBSERVANTIAE DOCUMENTVM E
QVA PAR EST REVERENTIA AC
VENERATIONE
D. D. D.
TANTORVM VIRORV

CULTOR PERPETVVS AC DEVOTISSIMVS

G. I. GLADBACH

AVCTOR.



DISSERTATIO INAUGURALIS
MEDICA

DE
SCIRRHO IN GENERE.

§. I.



Vulgo *SCIRRHVS* solet definiri per tumorem durum indolentem. Videtur vero, me non inanem vel inutilem suscipere operam, si hanc definitionem accuratiori subiciam examini. Fac enim v. gr. glandulas quas.

dam intumescere, illae mirum in modum vi texturæ tenerrimæ possunt expandi, sine quadam sensatione dolorosa, et ita ut ultimato quoque tumorem durum atque indolentem repræsentent. Si ergo quilibet tumor durus indolens mox constitueret *Scirrhum*, tunc sequeretur, ut hæe glandulæ tumefactæ quoque sint *Scirrhi*, sed quis unquam hoc dixerit? Per se ergo est clarum, alium adhuc characterem distinctivum esse adjiciendum, cujus ope valeamus nostrum tumorem ab aliis distinguere. Experientia, optima rerum magistra, maximam lucem hac in re afferre potest.

§. II.

Hæc enim docet, quod glandulas tumefactas tunc pro *scirrhis* habere soleamus, si diu jam fuerint induratae & illarum obstructio nunc fuerit plenaria atque jam pertinax. Sic enim v. gr. multi tumores duri indolentes in lue venerea adsunt, illos vero nunquam pro *scirrhis* adhuc cognoscimus, quia non
diu

diu obstruuntur et illorum obstructio nunquam plenaria atque pertinax existat. Subacto et destructo enim veneno venereo per salivationem, durante illa saepe jam evanescunt. Econtra vero si ex. gr. glandulae quaedam in mammis obstruuntur, et jam 3 - 4 et ultra menses sunt induratae, tunc illas pro *scirrhis* teneamus, quia in illis nunc transitus plane est impeditus et obstructio pertinax evadit. Cum ergo viderimus, quod, pro duratione obstructionis, nunc glandulas induratas pro *scirrhis* declaremus, nunc vero non, fuit ex his, quod sequenti modo definitionem *scirrhi* porrigere valeamus, quod nempe sit, tumor durus indolens, glandulas ut plurimum pro subiecto habens et ab obstructione plenaria pertinaci dependens.

§. III.

Refertur *scirrhus* inter tumores propter magnitudinem praeternaturaliter auctam, haec autem constituit tumorem (per princ. Pathol.). Durus dicitur



tur a materia stagnante, partes specificè grauiiores continente; indolens vero salutatur, quia materia stagnans vasa neruosa subtilissima comprimit, ex qua compressione spirituum motus in his neruis impeditur, vbi vero hic non locum habet, ibi etiam dolor adesse nequit.

§. III.

Subiectum scirrhi sunt vt plurimum glandulae. Ratio vero, cur glandulae subiectum scirrhi prae aliis nostri corporis partibus praebeant, ex sequentibus patebit:

a) Omnes glandulae possident vasa angusta, immo angustissima, hinc eo magis fluidum, per illas transiens, stagnare potest adeoque formare tumorem.

b) Parietes talium vasorum, in glandulis positorum, sunt magis natura debiles et tenerrimae texturae, impetui cordis atque arteriarum ergo non ita possunt resistere, vti resistere debent, hinc eo facilius expanduntur et intumescunt.

c) Omni-

c) Omnibus in glandulis multum feri inest, serum vero est fluidum magis crassum, viscidum, (per Physiol.) possidet ergo multas partes crassiores, hinc eo magis subtiliores possunt dissipari, crassiores vero remanentes dein eo facilius glandulas induratas producere queunt.

SCHOLIUM.

Nonnulli forsitan hic obijciunt, subiectum *scirrhi* non posse constituere glandulas, quia *scirrbus* aliis in locis quoque generatur, in quibus tamen nullas glandulas esse positas scimus, sic v. gr. in Hepate toto die oriuntur *scirrhi*, cum tamen ex anatomia sit notum, quod substantia hepatis non sit glandulosa, sed mere vasculosa. Quod vero hoc attinet, lubenter quidem illis concedo, hepatis substantiam mere esse vasculosam et tamen hoc meum assertum non mutat, medicus enim tantum ad sensibilia et ad id, quod ut plurimum fit, reflectit, sequitur ergo, ut tamen dicamus, subiectum *scirrhi* esse glandulas, quia denominatio a potiori fit.

§. V.

Cum itaque subiectum *scirrhi* glandulæ consti-

tuunt (§. præc.) et glandulae toto in nostro corpore
sint dispersae, (per Anatom.) sequitur hinc, ut
scirrbus variis in locis nostri corporis, teste quoque
experientia, oriri possit. Mihi vero, in hoc speci-
mine inaugurali, animus est de *scirrho* in genere tan-
tum agere. Deus T. O. M. clementissime mihi vi-
res concedere velit, ut omnia, quae proferam, cedant
in sui nominis gloriam, mihi et proximo vero
in salutem.

§. VI.

Scirrbus differt ab aliis tumoribus. Si enim re-
uera *scirrbus* esse debet, nullum alium morbum
quendam praesentem comitem habere debet, a quo
dependet. Sic enim v. gr. quoddam subiectum, go-
norrhoea laborans, bubones habet, qui diu iam lo-
cum fixum habuerunt, illos tamen non pro *scirr-
bis* declaramus, quia sublata gonorrhoea, ipsi quo-
que auferuntur, aut certe medelam admittunt.

§. VII.

§. VII.

Oritur *scirrbus* aut ex inflammatione prægressa, aut a vitio vel fluidarum, vel solidarum partium.

§. VIII.

Ex inflammatione prægressa facile potest oriri *scirrbus*. Notum enim est ex Pathologicis, quod interdum quoque finis inflammationis determinetur per *scirrhum*. Si enim inflammatio non in suppurationem abit, fluidæ partes magis successiue dissipantur et auolant, partes vero specificè grauiores sensim magis accumuluntur et ad contactum immediatum magis properant, tunc cohæsiō illarum crescit, & sic tumor durus indolens, *scirrbus* dictus, remanet.

§. VIII.

A vitio fluidarum partium *scirrbus* producitur, si aut quantitate, [aut qualitate peccant. Si enim quantitate excedunt, majori quoque celeritate in glandulas intrant & illas replent, ibi accumuluntur

 & obstruunt, sicque tumorem durum indolentem
 ibi perficiunt. Qualitate vitiosa laborantes tunc vel
 sunt nimis viscidæ, vel nimis acres. Si sunt viscidæ,
 eo facilius ibi in tam angustis vasis stagnare possunt
 & hinc obstructionem producere. Humores vero
 acres parietes vasorum continuo magis stimulant &
 irritant, viasque sic angustiores reddunt, unde ob-
 structio necessario sequi debet. Partes vero solidæ
 tanquam causa *scirrhi* accusari possunt, si in illis
 quædam resistentia imminuta fuit, producta, &
 quidem

1) per vim quandam externam, ut v. gr. si quæ-
 dam glandula, quocunque loco demum sit posi-
 ta, comprimitur, illo in loco cohesio immi-
 nuitur & ejus fibræ dein magis expanduntur, in-
 tumescunt & nostrum formant tumorem.

2) A nativitate. Notum enim est & a Celso jam di-
 ctum, nullum esse hominem, qui non partem
 aliquam præ ceteris habeat debiliorem, hinc
 quoque facile contingere potest, ut apud hocce

vel



vel illud subiectum, glandulæ ejus sint magis debiles & hinc ad expansionem eo aptiores.

- 3) Per emollientia antea illo in loco adhibita, ibi enim, vbi talibus emollientibus vfi fuerimus, cohæſio ex parte imminuitur & quo diutius illis continuatur, eo magis reſiſtentia fit imminuta.

§. XI.

Cum itaque *ſcirrbus* ſit tumor (§. antec.) et tumores ſint morbi malæ conformationis & quidem magnitudinis vitiatæ qualitatisque mutatæ (per Patholog.) ſequitur nunc, ut dicere poſſimus, ſcirrhum eſſe morbum malæ conformationis et quidem magnitudinis vitiatæ & qualitatis mutatæ. Vbi enim obſtructio, ibi adest impotentia, & ubi figura hujus vel illius partis eſt mutata, ibi adest qualitas mutata,

§. XI.

Noster tumor cum aliis tumoribus in eo quidem convenit, quod 1) non illico oriatur, ſed ſucceſſive, 2) quod ſit durus, 3) indolens, differt tamen

ab illis, quod non producat ob resistentiam auctam, nec ob erosionem quandam praesentem, alias enim dolor adesse deberet, sed mere ab impetu aucto. Impetus auctus vero producit ab obstructione (per Patholog.) aliquid enim adesse debet, quod in parte quadam stagnat, sic v. gr. si fluidum quoddam stagnat in glandulis colli, tale fluidum viscidum esse debet, verum tamen nulla aut saltem pauca salia continere, alias enim in suppurationem abiret, hinc hoc fluidum viscidum, nulla aut saltem pauca salia continens, aut tumore fiente primum veniat aut antea iam adfuerit necesse est. Illud viscidum vero antea iam adfuisse oportet, alias enim tumorem gignere non potuisset, si vero hoc viscidum iam adfuit, latuit quoque iam causa in humoribus, obstructioni occasionem praebens; Hinc proportio quaedam humorum vitiata, haec vero audit cacochymia et quidem pituitosa (per patholog.). Ex his ergo dictis fuit nunc, quod caussa immediata scirrbi sit obstru-

tio,

Etio, caussa vero mediata proximior cacochymia pituitosa, et quid quid hanc cacochymiam pituitosam producere valet, pertinet ad causas mediatas remotiores.

§. XII.

Ad causas mediatas remotiores referimus res non naturales, naturales, et praeternaturales.

§. XIII.

Ex rebus non naturalibus hic primum in considerationem venit, aer nimis calidus et frigidus. Ille enim serum blandum nimis dissipat, hinc viscidum obstructionem producat, generatur, hic vero transpirationem laedit, depurationes massae sanguineae impediuntur, sanguis partibus viscidis magis repletur, qui dein eo magis obstructionem producere potest.

§. XIII.

Cibi ratione quantitatis et qualitatis peccantes. Si enim maiori in quantitate ingurgitantur, quam a mensuris resolui possunt, oriuntur exinde cruditates

in

in primis viis, quae dein successiue magis in massam sanguineam deferuntur, illam viscido impregnant et sic obstructio oritur. Qualitate vitiosa laborantes quoque nocere possunt, si sunt nempe vel crudi, vel austeri, visceri, acidi, omnes enim coagulando, constringendo, viscidum augendo, agunt et sic quoque obstructionem inducere valent. Potulenta quoque nostrum *scirrhum* generare possunt, praesertim si nimia spirituositate gaudent, ut et nimis acida, ut abusus spiritus vini generosi, et alia; augent enim viscidum et obstructionem inferunt.

§. XV.

Motus et quies quoque ut causae nostri *scirrhi* accusari possunt, etsi alius motus decens et sufficiens multum ad sanguinem fluxilem reddendum et conseruandum conferat. Si enim est nimius et praesertim mox post prandium institutus, serum blandum nimis dissipatur, chylus crudus non satis et rite praeparatus ad massam sanguineam deferitur, qui dein viscidum

parit

parit atque hanc ob causam quoque obstructionem et nostrum tumorem. Quies nimia, quatenus motum sanguinis progressum ac intestinum imminuit, se- & excretiones non rite succedentes ac sanguinis depurationes impeditas, producit, eo facilius dein obstructionem et nostrum morbum gignere valet. Pari fere modo somnus nimius quoque nocet, impedit enim se- et excretiones, viscidum itaque auget & obstructionem producit. Vigiliæ nimiae partes spirituofas, subtiliores, resoluentes, e Massa sanguinea fugant, crassiores sic augentur & obstructioni porta aperitur.

§. XVI.

Præsentiam *scirrbi* quoque accelerare possunt, excreta atque retenta. Hæc autem sanguinis copiam augent, depurationes itaque non rite procedere valent, unde obstructio et *scirrbus* sequitur. Illa vero decentem humorum quantitatem imminuunt, hinc viscedo & vasorum obstructio inducitur. Animi pathemata hic quoque considerari merentur. Exagi-

C


tantia

~~~~~
tantia enim, five quæ cum motu progressivo humorum fortiori sunt combinata, dissipant serum blandum & particulas subtiliores, crassiores sic accumulantur & viscidum, obstructionis causa, auge-
tur. Concentrantia vero, five quæ cum circulo sanguinis imminuto magis sunt conjuncta, eosdem produciunt effectus, quos somnus & quies nimia efficiunt.

§. XVII.

Res naturales, ut ætas, habitus corporis, temperamentum, vitæ genus, sexus, & dispositio hæreditaria, corpus humanum quoque multum determinant ad morbos. Inprimis vero nostrum *scurbum* possunt efficere, quæ sanguinem magis viscidum reddunt & valis obstructionem conciliant. Hæc sunt præsertim temperamentum cholericum, melancholicum, phlegmaticum, vitæ genus magis laboriosum & nimis sedentarium, ætas virilis, & sexus sequior.

§. XVIII.



§. XVIII.


Ad causas denique mediatas remotiores referimus res præternaturales. Ex his præsertim nocere possunt, quæ massam sanguineam minus fluxilem conseruant & quæ vasis compressionem quandam inducunt, ut v. gr. inflammatio prægressa, tumores alii &c. Si enim v. gr. tumor alius adest, comprimit ille vasa vicina, impedit ergo in illis circulum liberum, obstructionem sic gignit et novis tumoribus ansam præbet.

XVIII.

Cognoscitur vero noster *scirrhus* ex tumore duro, plerumque mobili et sub initium indolente, qui vero brevi tempore non digeritur aut suppuratur, sed successiue magis magisque indurescit.

§. XX.

Scirrhus nunquam periculo vacat; præsertim talis, qui in visceribus nobilioribus habet sedem. Ille enim partim resoluentibus et diluentibus, circulo sanguinis iam alteratis, non immediate potest aggredi, partim



quoque manui chirurgicæ, ad illum, si dolere incipit et hinc exulcerare velit, extirpandum, accessus plane, denegatur. Si vero in externis hæret partibus & exactissima obseruatur diæta, talis tumor per multos sæpe annos protrahi potest, quia hic quoque ejus matura extirpatio locum habet, non est tam periculosus; si e contrario multis atque incongruis medicamentis tentatur, ut v. gr. fortioribus solventibus atque emollientibus, citius in exulcerationem abit. Quo diutius vero hujus tumoris obstructio jam durauit, eo minus erit resolubilis et eo certius ultimato, si alias non in tempore adhuc extirpatur, ad cancerum concludere licet.

§. XXI.

Om nibus nunc, quae ad theoriam *scirrhi* pertinent, explicatis, pro virium mearum tenuitate, restat adhuc, ut proferam remedia, quae adhibenda, si resolutionem illius producere velimus. In remouendo igitur nostro morbo, reflectamus, necesse

cesse est, vt qualitatem sanguinis vitiosam, quae ex caco-chymia pituitosa tanquam causa mediata proximior oritur, (§. II.) auferamus. Si itaque sanguinis fluxilitatem naturalem restituere volumus, necesse erit, vt partim vias et viscera obstrueta reseramus, partim materiam ad transitum aptam reddamus. Efficere hoc valemus, si medicamenta in vsum vocamus et bonam atque exactam praescribimus diætam.

§. XXII.

Obstruètio itaque glandularum siue nostri tumoris requirit, vt sanguinem viscidum diluamus et resoluamus et vasa obstrueta iterum reseramus. Optime hoc praestant infusa et decocta ex radicibus, herbis, floribus, et lignis resolventibus parata, vt ex radice sassaparillæ, scrophulariæ, vincetoxici, iridis florentinae, Caryophyllatae, Taraxici, Pimpinellæ albæ, Apii, Helenii Carolinae &c. Herbis Melissæ, Rosmarini, Capilli veneris, Adianthi albi, Salviae, Betonicae, Veronicæ, hepaticae, linguae cervinae,


serpilli, Hyssopi, Hederae terrestris; Floribus Bellidis, Buglossæ, scabiosæ, Anthos &c. lignis Sassafras, Quajaci, Fraxini, Juniperi, Cort. Culilaban, Capparum Winter. Thymiamatis, Cascarillæ, Aurantior. immatur. Citri &c. Semine anisi, foeniculi, bis terque in die usurpata. Et horum infusorum atque decoctorum usus eo melior evadet, si quovis triduo vel quatrinduo interjecto idoneum purgans mercuriale interponitur, vel quoque ex Pillulis Gummosis Sylvii, tartareis Bontii, vel ex 15. pill. Beccheri, vel Stahlî et 15. laxantibus, quia sic magis viscidum blande resolvitur, obstructio reseratur, et resolutum simul leniter evacuatur.

§. XXII.

Hic conducunt quoque pulveres temperantes, resolventes, aromatici, et conflati ex Lapid. 69. Nitr. depur. Arcan. duplic. ☿ ☉lato, ☾e absynthii Seignette, cent. min. fuliginis splendentis, ☿rra foliata, ☿ri Cinnab. nativa, Radice Ireos florentinae, Pimpinell. Zedoariæ, Galangæ, Calami aromatici,




ſt. ſtomach. Quercetani, Solar. Zellenſ., Epilept.
 March. Pannon. rubr. ſpecif. cephal. Michaelis Spe-
 cier. diagalangæ, diaxyloaloes, diacinamomi, dia-
 cardamomi, diacubebæ, adiectionis aliquot guttu-
 lis ꝑ. dl. ut ꝑ. dl. ſ. uvæ, cajaaput, ligni ſaſſafras,
 Macis, Caryophyll. Cinamomi etc. ad virtutem reſol-
 vendi adaugendam. Præterea cum his infuſis atque
 ſubſt. quoque poſſunt aſſumi, omnes Eſſentiæ aro-
 maticæ, amaræ, reſolventes, ut Eſſ. lignorum, Cor-
 tic. aurantior. Pimpinellæ, Canellæ albæ, Millefolii,
 ſcordii, Amara Hallenſium, Gentianæ. Ræ antimonii,
 antimonii ꝑ. ſata, ꝑ., liquor Vitræ ſol. ꝑ. ri, tanquam
 ſaponaceum et optimum in hoc viſcido reſolvens,
 à guttis XL ad LX mane cum infuſo ex his parato
 propinari poteſt. Ad bonum chylum præparandum
 novumque viſcidum ſic magis avertendum, tempo-
 re prandii ita dicta Elixiria ſtomach. in uſum vocari
 poſſunt. Hæc parantur ex Extractis amaris, ut
 Extr. Cent. min. Caſcarill., Millefolii, Abſinthii &
 in Vitis convertentibus, ut Vcinam, Mel ſſæ, Men-
 thæ ſoluuntur.



§. XXIII.

Omnia saponacea, quæ propter Θ et ϕ subtile quod possident, potenter resolvunt, magnam quoque hic præstant utilitatem. Hinc omnia amara et amaricantia hic conducunt, ideoque commode Elix. stomach, §. præc. descriptis, ad virtutem resolvendi augendam, $\mathfrak{z}\mathfrak{s}$ de felle tauri siue Lucii piscis adjici potest, vel sapo Venetus in forma Pillul. redactus et in illis propinatus, siue $\mathfrak{z}\mathfrak{s}$ - $\mathfrak{z}\mathfrak{j}\mathfrak{s}$ in ∇ a communi solvere et cum grano salis porrigere, optimum in hoc casu præbet resolvens et aperitivum. Nonnulli quoque hic valde laudant $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ millepedum à $\mathfrak{z}\mathfrak{s}$. - $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ datum et cum grano uno vel altero mercurii combinatum, qui viscidum omnino potenter resolvit, sed tamen cum eo caute esse mercandum arbitror, quia alias facile, propter Θ ia caustica in Millepedis latentia, stimulum, rarefactionem majorem et hinc eo citius scirrhi exulcerationem producere potest, si vero illo utimur, regimen probe est ordinandum, ut nempe spatio dierum aliquot elapso Θ ia
super



superflua iterum evacuentur, ne fiant concentrata, et quidem per transpirationem insensibilem auctam, aut per lenia laxantia, alias enim eo facilius dispositio atrabilaria, causa canceri proxima, sensim invitatur. Pulvis radiceis ari cum mercurio quoque usurpari quidem potest, hac tamen cum conditione, ut Radix ari adhuc sit recens, alias enim Θ ia Δ ia resolv. subtilia, quæ virtutem resolventem constituunt, amittit, et tunc magis obtundendo, ut mucilago, quam resolvendo, agit.

§. XXV.

Venæsectio in pede præsertim, Plethora adhuc præsentem, optimum quoque præbet auxilium, tam curandi quam præservandi fine. Viscidum enim simul magis evacuatur e vasis, hæc dein magis suam constrictionem exserere possunt, & viscidum reliquum diluere & propellere, motus frequens corporis & imprimis equitatio hic non sunt negligenda. Per illa enim viscera depuratoria sic magis comprimuntur



& in motu conseruantur. Circulus ergo in visceribus infimi ventris magis procedit, se- & excretionēs rite fiunt, & chylus magis bonus & rite præparatus elaboratur, & tali ratione reliquum viscidum destruitur novumque avertitur. Diæta moderata ac tenuis hic est suadenda. Vitanda scilicet sunt cruda, crassa, viscida, farinacea, leguminosa, flatulenta, austera, difficulter digerenda, voracitas et ingurgitatio ciborum, præsertim irresolubilem, nimia etiam teneriorum beneque idigerendorum copia, aer nimis frigidus, siccus, insalubris, animi pathemata præsertim concentrantia, ut moeror, tristitia, nimia quies, somnum nimium, vita otiosa et nimis sedentaria. Ratione excretorum vero atque retentorum eo enitendum est, ut hæc in ordine succedant debito. Magnam quoque hic afferunt utilitatem aquæ medicatæ, si rite usurpantur, ut Pyrmontanæ, Egranæ, Selterenses, Swalbacenses, Spadanæ &c. quia potenter sanguinem viscidum resolvunt, diluunt, et obstructionem referant atque aperiunt. Pro subiecti
tamen



tamen constitutione vel fortiores vel leniores commendandæ sunt.

§. XXVI.

Externe, pro *scirrho* nostro eo citius adhuc resolvendo, si internis simul continuamus, conducit imprimis Spiritus vini simplex cum spleniis sæpe applicatus, vel etiam loco hujus Spiritus vini camphoratus & crocatus. Ita et Emplastra resolventia, ut sunt Emplastrum diasaponis, de gummi ammoniaco, de cicuta, diaphoreticum Mynsich. diachylon cum mercurio roboratum, de meliloto, de ranis vigonis cum mercurio &c. calide lateri ægro, sive dolenti applicanda & quandoque cum oleo capparum vel unguento dialthæe calide fricando. Sacculi discutientes, ex Herbis & Floribus solventibus parati, quoque super hunc tumorem durum indolentem imponi possunt. Vapores acidi a nonnullis valde quoque laudantur, & revera sæpius quoque magnam afferunt utilitatem. De quorum usu Excellentissimus, Experientissimus atque Venerandus



PRAESES exoptatos vidit effectus, praesertim quando talis tumor, per remedia antea interna adhibita, fuerit tractatus, ubi saepe contigit, ut dein partes vicinae ita suppuraverint, ut sponte elapsus sit. Plura hac de re in beati HEISTERI *Institut. Chirurgic.* legi possunt. Per laudatum belladonnae a quibusdam usum, nondum *scirrhum* fugavimus, aliquoties licet experimento innocenter facto.

§. XXVII.

Haec sunt remedia tam interna, quam externa, quae valent nostrum tumorem, si tantum adhuc dissolvi potest, resolvere. Si vero omnia haec, ut haud raro fit, insufficientia essent, ut per haec resolui nequeat, scalpello, si id tuto fieri potest, quando sc. nec locus, nec mali conditio id prohibet, ægri vero ab eodem liberi esse volunt, excindendus. Quod, qua ratione sit instituendum, spectat ad Chirurgiam.

§. XXVIII.

Quod si vero *Scirrhus* extirpari nequeat, aut
ægri

~~~~~\*  
ægri, quod dolendum, extirpationem ejus admit-  
tere nolunt, is tamen irritare, pungere, dolere,  
erodere incipit, inæqualiter tumet, ratione magni-  
tudinis crescit, venæ circa illum successive magis  
intumescunt, tum malum adesse cognoscimus, quod  
vulgo vocatur cancer occultus, quomodo vero tunc  
sit procedendum, pertinet jam ad canceri curationem  
et plura ex Chirurgia peti debent.

## §. XXVIII.

Coronidis tantum loco aliquot cautelas adjicere  
animus est, quibus observatis, aut *scirrhus* multos  
per annos quietus manet, quibus vero neglectis eo  
citius immo sæpe citissime in statum periculosum  
cancrosum nempe, ruere potest.

## §. XXX.

En! sunt sequentes:


- I. Nullus *scirrhus* solis externis remediis est resol-  
vendus aut curandus. Haec enim internam vitiosam  
sanguinis qualitatem corrigere et alterare neque-  
unt, hac vero non sublata, plerumque in peiorem



abit statum. Hinc semper primo ab internis remediis initium est faciendum.

II. A fortioribus imo fortissimis resoluentibus nunquam inchoare debemus, sed a mitioribus, imo a mitissimis, & dein ad fortiora progredimur.

III. Emollientibus & resoluentibus externis, prouti alii tumores tentantur, *scirrhum* aggredi velle summe est periculosum. Haec enim affluxum humorum ad illum magis prouocant, augmentum illius inducunt & sic eo citius ad cancerum illum præparant. Triste mihi, hac in re, notum est exemplum, ubi subiectum quoddam *scirrhus* in mammis fuit correptum, medicamentis vero emollientibus male tractatum, brevi tempore tale experiebatur mali augmentum, ut multis in aliis locis corporis alii noui in conspectum venirent *scirrhi*, & licet varii exstirpati fuerint, breui tamen tempore animam exspirauit. Si enim per talia pessime in hoc morbo adhibita, & cane & angue peius fugienda, emollientia, cancer iam apertus est, nunquam certe plenam curationem promittere valemus, tunc enim multum materiae acris, causticae, rodentis, in massam sanguineam est iam delatum & continuo adhuc resorbetur, sanationem quidem hinc sæpe vsque ad punctum quoddam admittit et dein de nouo corrodit, siue saltem  
alio



alio in loco iterum exulcerationem producit, quia materiam peccantem hic non ita plane destrueri valemus, si semel in massam sanguineam est resorpta, vti aliis in morbis possimus, etsi hic quoque optima, & in aliis casibus præstantissima, antiscorbutica in vsum vocare velimus.

III. Si medicamentis resolutionem *scirrhi* tentamus, semper antea iam æger apud animum constituere debet, vt, resolutione frustra tentata, alias cautissime resoluentibus procedendum.

V. Si cancer vero iam occultus adest, optimum adhuc præbet auxilium, matura eius exstirpatio, si vero ægri hanc concedere nolunt, melius est, vt secundum præceptum HIPPOCRATIS, cancos occultos intactos relinquamus, quia medicamentis resoluentibus, etiam alias optimis, commoti deteriores fiunt & ægros citius interficiunt, cum tamen per medicamenta blande resoluentia ac temperantia & euacuantia per plures sæpe annos ægris vitam conseruare possumus, etsi omnino vltimato sentim lenta mors sequatur.

F I N I S.



NOBL.

NOBILISSIMO DOCTISSIMO  
 DOMINO  
 DOCTORANDO  
 S. P.  
 PRAESES.



*Pietatis, morum, litterarum ac vitae admodum compositae praestantia in filio si Parentum gaudium exeat, IV, certe Nobilissime DOMINE DOCTORANDE tandem optimos parentes perfundes gaudio, ut partem quandam tantorum in TE collatorum beneficiorum remunerasse ipsis atque refudisse videaris. En Insigne inter tanta rei medicae Francofurtensium sidera, decus, Excellentissimum Parentem, Patronum et amicum meum integerrimum, cuius vestigia constanter legis, nouum recte splendidae familiae ornamentum, amicos nouum gaudium aegrotos nouum solatium, res et publica et litteraria nouum incrementum sibi gratulantes, en tot omnium bonorum applausum, tot vitae academicae optime peractae splendida testimonia, quot alma Salana nostra alit ciues, imo quot incolas. Maacte igitur Tuis virtutibus, ex strenuis Tuis conatibus ac indefessa diligentia fructus olim percipe vberimos diuina benedictione indies auctos. Me, qui Tibi obstrictum ingenue profiteor, ad quaeuis officiorum genera promptum, dum vixero habebis atque paratum. Vale. Dabam Ienae die XXI. Septemb. M D C C L V I I I I. Entz*

Entfernt von Dir, mein Freund, seh ich den Vorbeer  
grünen,

Den Dir Hygea heut um Deine Scheitel schlingt,  
Und fern hört Dich mein Geist, wie auf der Weisheit  
Bühnen

Dein Mund voll Gründlichkeit um ihre Krone ringt.  
Heil Dir, geschätzter Freund! dies sind die ersten  
Früchte,

Die Dir dein schöner Fleiß, zur ersten Ernde schenkt.  
Schon glänzt Dein Glück von fern Dir noch im höhern  
Lichte

Genies es wohl, dies wünscht, der ewig an Dich  
denkt.

Zu Bezeugung seiner besondern Freude,  
bey Erlangung des Doctor-Grades, schrieb  
dieses des Herrn Doctorands ergebener  
Freund und Diener

**Joh. Christoph Buch**

der Arzeneywissenschaft Doctor  
aus Wertheim am Main.

MOLT' ILLVSTRE E RIVERITISSIMO  
 S I G N O R E ,  
 DOTTORANDO DEGNISSIMO  
 F A V T O R E E D A M I C O  
 S T I M A T I S S I M O

**F**accio grandissima stima del favore e della bontà che V. S. mi fa vedere nell' avermi inuitato per esser uno de' di Lei opposenti. Incontro per questo la più piacevole occasione di poter felicitar. La del grado di Dottore, che Lei adesso è per ricevere. La Sua virtù, diligenza, ed applicazione allo studio di Medicina, meritano degnamente quest' onore. Bramo io ardentemente che Dio La faccia godere per lungissimo tempo di questo premio e trofeo così gloriosamente acquistato e riportato con una perfettissima sanità giunta conogni sorte di felicità e piaceri. Sia questa dignità la strada di gaudagnar quantità di altri onori e cariche onorevoli. Niente del resto mi sarà più caro e piacevole che la continuazione inviolabile del Suo favore ed amicizia V. S. sia assicurata che cessarò mai di professarmi conogni più maggior' affetto ed osservanza imaginevole

DI VOSSIGNORIA MOLT' ILLVSTRE  
 E RIVERITISSIMA

di Giena li XXI. Settembre

M D CC LVIII.

Servitore ed amico umilissimo ed obbligatissimo

C. C. HICKETHIER

Ddo nella Medic.

VIRO

V I R O  
PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
MEDICINAE DOCTORANDO  
DIGNISSIMO

S. P. D.

G. H. C. BAVMANN

MEDICINAE DOCTORANDVS

*Neostadio-Coburgicus*

Opp.

**N**on mediocrem voluptatem animo capio, quod  
TIBI, me TEcum in arenam descendere dispu-  
tatoriam, placuerit. Habebis itaque me do-  
ctissimi TVI, quod pro impetrandis summis in medicina hono-  
ribus initis, certaminis testem magis quam aduersarium. Nil  
magis in votis habeo, quam ut, quantulumcunque in me si-  
tum est, TIBI gloriae quid offerat, et solidam, quae in TEest,  
eruditionem magis cognitam spectabilemque reddat. Ex ani-  
mo TIBI gratulor honores, quibus industria TVA, quibus la-  
bor indefessus recompensanda sunt. Gratulor Patriae et qui-  
buscunque procul dubio multum commodi, solaminis et adiu-  
menti egregia TVA doctrina atque experientia in arte medi-  
ca praestabunt. Gratulor denique et mihi, cui obtigit arctum  
nectere TEcum amicitiae vinculum, quod ut nunquam dissol-  
ui patiaris, etiam atque etiam peto. Ienae die XXII. Septembr.  
CLD ID CC LVIII.

**Q**uot floridæ miseros ætatis, cymba charontis,  
 Vix recipit omnes, mors falce metit?  
 Et heu! quam multos lacerans lento pede febris  
 Affigit lectis, assaque tabe rodit?  
 Sollicita immenso lassatur Hygea labore,  
 Quæ sedula ligat vulnera cruda manu.  
 TE FAVOR! sancta quem nos pietate colemus,  
 IPSI quo nullus carior esse potest,  
 TE vocat, et capiti decorantia laurea digno  
 Induit; ut iuncta vos studeatis ope.  
 Nunc est difficilis nigri descensus auerni,  
 Nunc morti indignæ prædaque rara datur.  
 TE capit ægrotans; TE valde expectat amicus;  
 Exoptat civis; patria tota petit.  
 Vade! Deus TEcum; Deus omnia facta secundet,  
 Præstet et incolumes TEque TVosque! vale!

Fauca hæc de honoribus, mox atque meritis  
 capeffendis, gratulabundus, adicere  
 voluit debuitque

IO. F. BÜHNER

Hilperhusa - Francus

Opp.

Sie

# Angenehmer Freund!

Sie sind so höflich mir ein Amt aufzutragen, welches zu übernehmen ich für eine Pflicht halte. Ich bin Ihnen, seitdem ich die Ehre habe Ihr Freund zu sein, zu sehr verbindlich geworden, daß ich nicht eilen sollte Ihren Befehl zu erfüllen. Sie beweisen, daß Sie die größten Ansprüche auf den Doctorhut machen können. Die erste Probe Ihres Fleisses, ist nur der kleinste Beweis Ihrer Verdienste. Ehre genug Ihr Gegner zu sein. Wie sehr wünsche ich sie zu verdienen! Unterhalten Sie, bester Freund! den nachahmungswürdigsten Eifer für das allgemeine Wol. Machen Sie Sich verdient um ihre Landsleute, und versichern Sie sich der Freundschaft Dessen, der mit aller Hochachtung

Ihr

Jena den 21. Sept.  
1759.

verbundenster Diener ist

A. Bergmann  
aus Liesland  
d. A. G. B.

E 3

Freund!

Freund, den ich treu befand,

Dein früher Lorbeer grüne,

Den heute Dir Saline

Um Deine Stirne band!

Wirf unter Deinen Kronen,

Die Deinen Fleis belohnen,

Noch heute einen Blick

Auf Deinen Freund zurück!

Hiemit empfiehlt sich bei Erhaltung  
der Doktorwürde

Ew. H o c h e d e l g e b o r n

gehorsamster Diener  
J. G. Sonneschmied  
aus Jena.

Dänge dem Liebling der Weisheit, der sich zum Helden  
gedacht,

Harmonisch mein römisches Lied! Himmel, dich fühlte  
mein Ton!

Doch ich fühlte genug. Mich ruffet die heilige Freundschaft,  
Und segnet in Jubeln den Freund, der mich in Lorbeern  
entzückt.

Freund, rühre mich ferner! ziehe zu Deinen wartenden Eltern!  
Dir weinet der Freuden Gefühl heimliche Sehnungen  
nach.

Hiermit empfiehlt sich dem Hochadelgebornen  
bei empfangener Doctorwürde

Dessen ergebenster Better,  
Johann Rudolph Henrici  
B. R. B.  
aus Frankfurth am Mayn.

Welch eine Morgensonne  
Streut Frühling, Gold und Wonne  
Ins Thal hinab, so mich beglückt?  
Wo an des Berges Fuße  
Die jugendliche Muse  
Dem weisen Jüngling Blumen pflückt,  
Der mich entzückt?

Sant

Sanft fließen, wie die Bäche,  
Tiefdenkende Gespräche  
Aus meines Gladbachs Mund hervor.  
Die Dryas ruft: Er lebe!  
Und die geschmückte Hebe  
Langt unter jungen Rosenflor  
Den Kranz empor.

Freund, dein verdienter Lehrer,  
Und Deine heutge Hörer,  
Dein großer Kaltschmied macht es kund;  
Wer ist es, der zu heilen,  
Und Tode zu zertheilen,  
Wer ist, der Seinen Göttermund  
Wie Du verstand?

Des hohen Vaters Segen  
Walt Deinem Ruhm entgegen;  
Wird iugendlich in Dir erkant.  
Gieb halbenselte Glieder,  
Den Sohn der Mutter wieder,  
Und werde Deines Vaters Hand  
Im Vaterland?

Hierdurch wolte bei Erlangung der hochverdien-  
ten Doktorwürde seine Beifreude an  
den Tag legen

Erw. Hochedelgebohrt.

gehorsamster Diener

J. M. Emmert  
aus Schweinfurt  
d. V. R. V.











